

P. 239. Addere potui Samuelem Birch in libro de figlinis, quem citavi, distinxisse mortaria, quae etiam pelves vel trullas dici posse ait (p. 330 ss.), a minoris moduli supellectile, quam trifariam divisit in patellas Arretinas (p. 338), Samias (p. 346), nigras (p. 364). Ceterum titulorum unius cuiusque generis atque etiam lucernarum indices, quos idem exhibet (p. 406 ss. 408 ss.), non citavi, cum fere exempla tantum ex libris impressis congesserit. Patellas, quae figurorum nomina solarum formis impressa habent, quales in Italia et Hispania abundant, in Germania omnino non reperi auctor mihi est Ludovicus Linden-schmit. Unde fortasse etiam quaecunque in Britannia prodierunt eius generis externae originis putanda sunt; de Gallicis nondum satis certa

explorata habemus. Sane quae ex fornacium figlinarum Britannicarum reliquiis prodierunt (de quibus Birch exposuit *ancient pottery* 2 p. 303 ss., alias generis sunt omnia).

Ad n. 1331, 124 (p. 244). Bruce lap. n. 715.

Ad n. 1335, 2 (p. 248). Bruce lap. n. 504, non 506.

Ad n. 1336, 135 (p. 254). OF BASSI errore typothetae quater positum est, cum semel tantum extet in patella.

Ad n. 1336, 286 (p. 259). Cf. n. 479—485.

## AVCTARIVM ADDENDORVM.

Post additamenta impressa Brucii potissimum cura inscriptiones quasdam subministravit nuper repertas; alia ipse inveni quae adderem.

Ad p. 13. De Durotrigibus nuper novum opus prodiit Caroli Warne ita inscriptum *ancient Dorset: the Celtic, Roman, Saxon and Danish antiquities of the county, including the early coinage. Also an introduction to the ethnology of Dorset and other archaeological notices of the county by Dr. T. William Wake Smart. Printed for the author and subscribers only.* Bournemouth 1872. fol.

Novi nihil inde didici, quod quidem ad titulos spectaret.

Ad n. 72a (p. 31). In villa rustica prope Chedworth effossa prodiit inter alia lapis laevigatus in latero inferiore, cui insculptum est incisione profunda et accurata monogramma christianum eius, quae sub Constantino usurpari solebat, formae



idemque monogramma in tribus aliis lapidibus, qui ex fundamentis villae extracti sunt, scariphatum extat.

I. B. de Rossi *bulletino di archaelogia cristiana* a. 1872 p. 122.

**1351** (inserenda ante n. 36, p. 25).

Aquis, in fundamentis aedificiorum prope the Guildhall nuper prodiit arula ita inscripta litteris paene evanidis

GEN I LOC	
.....	
.....	
L M A N//	
5 D HIANCG	
V S L T M	

H. M. Scarth *proceedings of the society of Antiquaries of London* ser. II vol. V 1870/71 p. 281.

Genius loci et nomen dedicantis cum formula solita agnoscantur.

Ad n. 137 (p. 42).

De titulis fani dei Nodontis nuper breviter exposuit W. Bathurst in *proceedings of the society of Antiquaries of London* ser. II vol. V 1870/71 p. 96 s., exempla vero titulorum non adscriptis.

**1352** (inserenda post a. 324, p. 79.)

In Kirkby Thore prope Old Penrith lapis sepulcralis repertus est cum solito anaglypho defuncti in lecto recumbentis. Titulus sepulcri primarius videtur periisse, sed in anaglyphi angulo quodam scriptus est titulus hic litteris parvis sed satis claris:

FILIA	
CRESC	
IMAG	
NIFRE	

Descripti ex ectypo a Brucio misso.  
Lego filia Cresc(ensis) imag(i)nif(e)r(i)  
[f(ecit)].

Ad n. 328a (p. 79).

Etiam Brucius ectypum nuper mihi misit tituli exesi et male habitu itemque tam ipsius exemplum cum cura exceptum quam Mawsonis, qui titulum servat in Lowther. Vix alia extrico quam haec:

D M	
YLAE ALWM	
NI KARIS	
SIMI VIXIT	
5 aN XIII CL Se	
VeRVS II VIV	
MII	

In fine latet fortasse munus aliquod militare Claudii Severi.

Ad n. 335 (p. 80).

Arulae perparvae rep. in *Old Carlisle* et servatae in *Lowther Castle* aliud ectypum misit Bruce, ex quo haec fere extrico:

I O M L T	
V T N T M	
COCIDO	
T E F E C I	
5 C N T N	

Praeter *I(ovis) o(ptimi) m(aximi)* cognomine praeterea quodam distincti et *M(artis) Coid(i)i* nomina nihil expedio.

**1353** (inserenda post n. 605, p. 120).

Ad vallum inter Cilurnum et Procolitiam medio fere itinere inter castella miliaria quae dicuntur *Towertay* et *Limestone corner* effossa est a 1873 cura Ioh. Claytonis turris aliqua ex numero circiter CCC quae fuerunt ad vallum (supra p. 102). Rettulit de effossione illa ipse Clayton in dissertatione inserenda actis societatis archaeologicae Aeliensis. Ibi ad septentrionale valli latus prodiit lapis centurialis sic inscriptus

> ANONI FELICIS

Descripti ex ectypo, quod Bruce misit. Clayton legit OMNONI FELICIS, non recte.

**1354** (inserenda post n. 624, p. 122).

Procolitiae effossus est lapis parvus centurialis litteris rudibus.

ego:	Bruce:
> ATONI	> NCONI
RVS	I RVS

Descripti ex ectypo, quod Bruce misit, sed dubitans. Potest esse > (centuria) Antoni Rus(tici); Bruce cogitavit de centuria Niconii Ruf(i). Prioris versus elementa etiam ita legi possunt

TNIOAD

Sed initio versus alterius nihil puto unquam scriptum fuisse.

Ad n. 1336, 690. Cum nomine quod MEILLVS scribi solet comparari possunt Novanius Medsillus et Volta uxor, quorum titulus sepulcralis in Gallarate prope Mediolanium extat C. I. L 5, 5527.

**1355** (inserenda post n. 1277, p. 231).

Cantabrigiae nuper repertum est sextantis pondus aereum litteris ex argento caelatis his inscriptum

& R

A. Way *proceedings of the society of Antiquaries of London* ser. II vol. V 1870/71 p. 218.

Ad. n. 1304 (p. 234).

Anulum in Little Totham (Essex) repertum edidit ita O.V.N/V.S.L  
I. Piggot *proceedings of the society of Antiquaries of London* ser. II vol. V 1870/71 p. 217.